Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Sanderi Presbyteri, S. Th. Licentiati Hagiologivm Flandriae Sive De Sanctis eius Prouinciae Liber vnus

Sanderus, Antoine

Antverpiae, 1625

Hillonivs Patronius Iseghemij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10172

uus à Gandauo, opidi Dominus fundauit, Adelwidis eius vidua pòſt auxit, & Odardus Cameracenſis Epiſcopus anno 1118. confirmauit. In hoc templo oſſa ſancti Hilduardi Epiſcopi & Chriſtianę Virginis à multis retro ſæculis adſeruantur. Hilduardum ſunt qui ſcribunt Tulſenſem Epiſcopum fuiſſe. In tabulis tamen Epiſcoporum Tullenſium, quas Ioannes Chenutius cum reliquis Galliæ anno 1621. Pariſijs edidit, nomen eius non inuenitur. Obijt autem circa annum 750. Dickeluennæ teſte Meyero, inde ſæuientibus Normannis Teneramondam ſub annum 846. tranſlatus.

HILLONIVS

Patronius Iſeghemij.

FVit is primùm S. Eligij Nouiomenſis ac Tornacenſis Epiſcopi miniſter & diſcipulus, vt cõſtat ex Audoëno vitæ S. Eligij ſcriptore apud Suriũ. Pòſt Abbas factus Solenniaci in territorio Lemouicenſi in Gallia, ibidẽ nonagenarius in Domino obdormiuit Iſeghemij qui pagus eſt diœceſis Tornacenſis in Flandria, Comitatus titulo à Philippo II. Rege Catholico in Maxæmiliano villam à Gandauo decoratus, vicinis quoque in locis colitur vt Apoſtolus ac patronus exſtat ibidem vitæ eius hiſtoria manuſcripta. *7. Ian.*

HERIMANNVS ET BERTILDIS.

DE ijs ita Sigebertus anno M.V. mortuo Othone Duce Ducatus Latharingiæ datur Comiti Godefrido filio Godefridi Ardeunenſis. Ille Dux Godefridus dictus